Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25974
Copyright: Admont, Benediktinerstift

280

qui bona fecerunt in resurrectionem uite, qui uero
mala egerunt in resurrectionem iudicii. Euidenter
hic agitur de resurrectione carnis, ut supra de re-
surrectione mentis. Hec in ista hic causa ita
liberè loquitur de iudicio faciendo per filium, quia ue-
niet hora in fine seculi in qua omnes corporaliter alii
in uitam, alii in damnationem. Dum sic est, alii in dampnationem
nationem ire discretio iudicii apparebit.
Audient uocem eius, hoc est sentient manifesta-
tionem eius. Vel ipse uidetur uocem emittet
humanam ut pangloss formabitur iuxta il-
lud psalmi: Ascendit deus in uoce tube.
Non possum ego a me ipso facere quicquam, sed sicut au-
dio iudico, et iudicium meum iustum est. Expla-
nat quod dixerat: potestatem dedit ei iudicii.
Non possum a me ipso facere, quasi dicat:
A me ipso non sum, sed a patre a quo et cum quo facio
omnia. Sicut audio, id est sicut intelligo per unitatem
substantie ab illo a quo, ita iudico. Vel ita: Ego fi-
lius hominis nichil a me possum, sed sicut audio a deo
iudico.

Si ego testimonium perhibeo de me,
testimonium meum non est uerum.
Quo modo non est, non secundum carnem. Unde
alibi: Si glorifico me ipsum, gloria mea nichil
est. Alius est qui testimonium perhibet de me,
et scio quia uerum est testimonium quod perhibet
de me. Inferentibus ostendit quis sit
ille alius autem. Qui misit me pater, ipse tes-
timonium perhibuit de me. Hoc testimo-
nium fuit in baptismo. Quia ueritas est deus, ue-
ra sunt testimonia eius. Vos misistis ad Iohannem
et testimonium perhibuit ueritati. Ego autem
non ab homine testimonium accipio, sed hec dico
ut uos salui sitis. Ille erat lucerna ardens
et lucens, uos autem uoluistis ad horam exulta-
re in luce eius. Perhibuit Iohannes testimonium de
Christo tamquam lucerna ad confundendos inimi-
cos. Ita enim predictum erat in psalmo sub per-
sona patris: Paraui lucernam Christo meo. Ini-
micos eius induam confusione, super ipsum autem
efflorebit sanctificatio mea. Omnes prophete et
apostoli sunt lucerne, Christus uero lumen quod illuminat
omnem hominem uenientem in hunc mun-
dum. Ab homine non accipio testimonium quasi
necessarium, sed tamen hec dico de testimonio
Iohannis ut per hominem uos homines ad ue-
ritatem ipsa ducamini et credentes salui
sitis. Iohannes enim lucerna erat ardens spiritu
caritatis et lucens lumine ueritatis
ostendens in sole iustitie exultandum fo-
re. Vos autem uoluistis in luce lucerne quasi
sufficiat remanere dum Iohannem credetis
Christum esse. Ego autem habeo testimonium maius
Iohanne. Opera enim que dedit michi pater ut perficiam
ea, ipsa testimonium perhibent de me,
quia pater me misit. Et qui misit pater,
ipse testimonium perhibuit de me. Ne-